in Nürnberg

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0001

Hk. 16.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0002

IN STATUAM

PHILIPPI MELANCHTHONIS

NORIMBERGAE

PONENDAM

FRIDERICUS ROTH,

EQUES.

NORIMBERGAE,

TYPIS FRIDERICI CAMPE.

1826.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0003

Qualis heroï, rigidis in armis
Quidquid aetatis superest, agenti,
Servet ut pugnae juveni patratae
Praemia pugnans,

Est domi conjux tenera, at decorae
Particeps curae; nec inops fidelis
Consilî, sollers retinere forti
Parta marito,

Cujus ardorem tumidas et iras
Lenit et sensus nimium feroces
Mitis interpres placida loquelae
Temperat arte:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0004

Talis ingentes fuit ad labores
Hicce Martino socius Philippus:
Haec ei princeps et in omne laurus
Clarior aevum.

Nec tamen laudes propriae senescunt,
Nec, suis quidquid decoris paravit
Viribus, lento tria diruerunt
Saecula lapsu.

Flore nam primo nitidum juventae
Diligens prudentia Capnionis
A tuis, jucunde Nicer, fluentis
Mittit ad Albim,

Suavibus tunc non aditum Camoenis,
Atticum stillans uti mel figuret
Barbarum stridentia non ineptorum
Ora virorum.

Tum velut terras hiemem perosas
Et sinu passo roseum vocantes
Ver, cito flatu genitalis intrat
Aura Favonî,

Quae comes doctum juvenem secuta est,
Auribus desiderium novellis
Ac inexpertos animis amores
Gratia subdit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0005

Adfluunt ut Castalias ad undas,
Imbui qui fonte velint perenni,
Qui nova perfundit et expetita
Lumina luce.

Fama tantorum simulac bonorum
Serpsit in gentes, cupit obtinetque
Pineo Noris redimita serto
Dulcia sacra.

Sacra fert optata Philippus ipse;
Suscipit, delubraque, laeta, ponit
Urbs, repertorique habitura justos
Semper honores.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0006

Ga 4349.
4°
ULB Halle 3
005 382 866
Ni
Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0007

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0008

2

AM

PHILIP … CHTHONIS

N … GAE

F R I … R O T H,

T … P E.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-26360/fragment/page=0009